



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Sententia præpostera.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

esse Euripides, respondit: *Ipsa intus pede supra pedem posito unguam mediamur.* Et Pluto, Mercurius: *Nunc autem suriens pede supra pedem posito altum requiesco.*

DE CALCNEO.

CAP. LIII.

Calcaneum, quamvis sit pedis pars, à pede tamen, quantum ad hieroglyphica pertinet, separatur.

SENTENTIA PRÆPOSTERA.

CAP. LIV.

Calcaneum quidam hieroglyphice accipere videntur pro infirma, falsa, atque præpostera illa ratione, qua nos vitia nostra excusamus, & nimium plus æquo nosmetipsi nobis indulgemus. Unde Deus Genesi ad Serpentem, qui voluptatis est signum: *Homo ipse tuum observabit caput, & tu illius calcaneum*, imbecillitatem scilicet mentis, quæ facile seducatur, & quicquid adlibuerit sibi permittat. Sive, ut alibi diximus ex Philone, calcaneum ea pars animæ est, quæ terrenæ adhærescit naturæ, in sensum, voluptatesque prona & labilis. Ideoque Assertor noster discipulorum pedes lavisse dicitur, ut signum esset, dilutum esse maledictum illud calcanei, quod ab ipso rerum primordio Serpentis moribus patebat aditus. Nam alibi dictum invenias, *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super Serpentes & Scorpiones*, in hanc sententiam.

TERMINUS. CAP. LV.

Interdum accipitur pro Actionis termino, sumpto à saltatorum more, in quorum saltu extrema pars vestigii, quam calcaneum præferit, signatur. hinc Psalmo: *Ipsi calcaneum meum observabunt*, quod proxime accedit ad id, quod inquit Ovidius:

*Sed scilicet ultima semper
Expectanda dies homini est, dicitur, beatus
Ante obitum nemo supremamq; funem debet.*

Latinus quoque sermo Calcem accipit pro Termino. Sic videt Cicero calcem, ad quem decursus est: & ad calcem pervenire, & similia passim habentur.

DE GENIBUS.

CAP. LVI.

Adam & Genua, sine quorum auxilio parum aut nihil agerent pedes, alterius sic altera pollicentur opem res, & conjurat amice.

IMPEDIMENTUM. CAP. LVII.

Est in his quoque significatum impedimenti, si poplites alternis genibus impositi figurarentur, qui quidem gestus nullo magico susurro simpliciter inter veneficia recensetur: eo enim partus detineri, & omnem actum impediri majorum religio, decretis etiam inhibitoriis, ut perhibet Plinius, testata est.



MISERICORDIA.

CAP. LVIII.

Alterum genu misericordiae sedem esse antiqua omnis superstitio confitetur, ut memoriae auris, irrisionis nasus habetur: quamvis Thebanus Crates religionem eam, uti reliqua facere solebat, eluserit. Nam cum pro quodam Gymnastii principem supplicat.

*Jocus Thebani Cratesis.
Meminit D. Laert. in ejus vita.*